hec non diuinitatis. s(ed) inmundi sp(iritu)s opa fuissent: idest beelzebub qui d(icitu)s erat accaron...

Dixit ruben fra- R/ tribus suis numquid non dixi uobis nolite peccare in pue rum et non audistis me. En sanguis eius exquiritur. V/ Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum uidentes angustiam anime eius dum deprecaretur nos et non audiuimus.

Et alii temptantes signa de celo querebant ab eo: uel in morem helye. igne de sublimi uenire cupiebant. uel in similitudine samuelis. tempore estiuo sonare tonitrua. chorus care fulgura. imbres ruere. q(ua)si non possent & illa calumpniari. et dicere. ex occultis et uariis aeris passionib(us) accidisse. Dic tu qui calumpniaris ea que oculis tuis uides. manu tenes. utilitate sentis: q(ui)d facies de his que de celo uenerint. Utique respondebis. et magos in egypto multa signa fecisse de celo.

Salus nostra in manu tua est R/ domine respiciat super nos misericordia tua. V/ Et seruiemus tibi. V/ Uiuat domine anima nostra ut non uideamus mortem neque paruulos nostros deficientes. R/ Merito hec patimur quia peccauimus in fratrem nostrum uidentes angustiam anime eius dum deprecaretur nos et non audiuimus. Ideirco uenit sup(er) nos tribulatio. V/ Dixit ruben fratribus suis numquid non dixi uobis nolite peccare in puerum et non audistis me. R/ Dixit ioseph undecim fratribus ego sum ioseph